BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 63v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sor regis babilonis. et in manus
seruorum eius. Et post hoc habitabi
tur confidenter sicut diebus pristi
nis ait dominus. Et tu ne timeas
serue meus iacob. et ne paueas israel.
quia ecce ego saluum te faciam de
longinquo. et semen tuum de terra cap
tiuitatis sue. et reuertetur iacob. et re
quiescet. et prosperabitur. et non erit qui
exterreat eum. Et tu noli timere.
serue meus iacob ait dominus. quia
tecum ego sum. quia consumam ego
cunctas gentes quas eieci. Te uero
non consumam sed castigabo te in iu
dicio. nec quasi innocenti parcam tibi.

XLVII

Quod factum est uerbum domini ad ie
remiam prophetam contra
palestinos antequam percuteret pharao
gazam. Hec dicit dominus. Ecce
aque ascendunt ab aquilone. et erunt
quasi torrens inundans. et operient
terram et plenitudinem eius ur
bem. et habitatores eius. Clamabunt
homines. et ululabunt omnes ha
bitatores terre. a strepitu pompe ar
matorum. et bellatorum eius. et a com
motione quadrigarum eius. et mul
titudine rotarum illius. Non respi
cient patres filios manibus dissol
utis pro aduentu diei in qua vas
tabunt omnes philistinum. et dissip
abitur tyrus. et sydon. cum omnibus
reliquiis. et auxiliis suis. Depopu
latus est enim dominus palestinos
reliquias insule capadocie. Venit
caluitium super gazam. Conticuit
ascalon. et relique ualles earum.
usque quo concides. O mucro domini
usque quo non quiescis. Ingredere in
uaginam tuam. et refrigerare et sile.
Quomodo requiescet cum dominus
precepit ei aduersus ascalonem. et
aduersus maritimas eius regiones
ibi que contradixerim illis. ad moab.

XLVIII

Hec dicit dominus exercituum deus
israel. ad moab. Ve super nabo
qui uastata est. et confusa. capta est
cariatiarim. confusa est fortis. et con
tremuit. et non est ultra exultacio in
moab contra esebon. cogitauerunt ma
lum dicentes. Venite disperdamus
eam de gente. Ergo sileas conticesce.
sequetur que te gladius. Vox cla
moris de oronaym. vastitas et con
tricio magna. Contrita est moab.
Annuntiate clamorem paruulis eius
per ascensum enim luith plorans as
cendit in fletu. quoniam in descensu
horonaym. hostes ululatum con
tricionis audierunt. fugite saluate
animas uestras. et eritis quasi mirice
in deserto. Pro eo enim quod habuisti
fiduciam in munitionibus uestris
tuis. et in thesauris tuis. tu quoque
capieris. et ibit chamos in transmi
gracionem. et sacerdotes eius. et prin
cipes eius simul. Et ueniet predo
ad omnem urbem. et urbs nulla
saluabitur. et peribunt ualles. et
dissipabuntur campestria. quoniam
dixit dominus. Date florem
moab. quoniam egredietur ipse.